Differentia nona
incipit textus in
se continet sum
mas. Prima est de ventris fluxi
bus. Secunda est de vermibus. Tertia
de yliaca colica et aliis intestinorum
doloribus. Prima in se quinque conti
net tractatus. Primus est de
dysenteria. Secundus de lienteria. Tertius
et de colica passione. Quartus et
de dissenteria. Quintus est de te
nasmone. Primus tractatus .13.
continet capitula. Primum tam
intrinsecas quam extrinsecas dysenterie
causas annumerat. Secundum
cuiuslibet dysenterie epatice et splene
tice exceptis signa demonstrativa
manifestat. Tertium dysenterie epa
tice et splenetice signa demonstrat.
Quartum signa pronostica cu
iuslibet fluxum communia et etiam
dysenterie propria narrat. Quintum
colerice dysenterie curam ponit. Sex
tum materiam eius convenientem.
Septimum curam ponit que plurium
dysenterie colerice fluxui mixtum
fluxus convenit. Septimum modum
ac regulas approximandi nutrimen
ta in ventris fluxibus docet.
Octavum quod dysenterico fluxui a
colera provenienti in quadam
fluxus est aperta veniunt
approximanda describit. Nonum
de accidentibus que dysenterie et ceteris
fluxibus evenire possunt succurrere
docet. Decimum sex rerum
non naturalium regimine dysenterie cole
rice continens ponit. Undecimum
de cura dysenterie a flegmatico hu
more totius causa provenientis.
Duodecimum de illius dysenterie
cura que capitis vitio provenit.
Tredecimum de cura dysenterie tam
splenetice quam epatice. Se
cundus tractatus duo continet
capitula. Primum omnis lienterie
causas ac signa tam pronostica
quam demonstrativa continet. Secun
dum cuiuslibet lienterie curam ponit.

Tertius tractatus duo continet
capitula. Primum colerice passi
onis causas ac signa ponit tam
pronostica quam demonstrativa.
Secundum passionis colerice
curam ponit. Quartus tracta
tus quatuor continet capitula.
Primum causas ac signa tam pronosti
ca quam demonstrativa narrat
dissenterie. Secundum dissente
rie epatice curam continet. Ter
tium illius que in superioribus intestinis
fit. Quartum que tam in infe
rioribus quam mediis intestinis
provenire possunt. Quintus
tractatus tria continet capitula.
Primum causas ac signa tam pro
nostica quam demonstrativa tenas
monis continet. Secundum eiusdem
tenasmonis curam ponit. Tertium
curam accidentium que tam in aliis
fluxibus specialiter quam in tenasmone
accidit. Et si in eo frequentius
succurrere docet et est cum expressio
nibus causas et signa tam pro
nostica quam demonstrativa. Capi
tulum hoc ponit cuius quinque
curam etc. De causis extrinsecis et intrinsecis dysenterie

Volens de intestinorum
egritudinibus doctrinam
ponere a fluxu ventris principi
um sumere debet. Qui est cibi
aut sanguinis vel intestinorum
rasure vel aliorum humorum violen
ta secessio. Et est quintuplex dys
enteria dissenteria lienteria
passio colica et tenasmon. Vo
lunt tamen lienteriam ac colicam pas
sionem inter stomachi egritudi
nes annumerant sed quia tam vul
gares quam docti eam fluxum
ventris vocitant ad hunc locum
ipsarum determinationem michi ser
vare libuit. Verum quia de
dysenteria plurima describuntur que
que aliis fluxibus ventris max
ime conveniunt de ea dictorum
modo facere libri volui que est hu
moralis fluxus cum qua nulla
est sanguinis excretio intestinorum

quid sit fluxus